



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

19. De Nicanore, qui iurabat se templum Domini Libero patri dedicaturum,
& Deum sabbathi authorem spernebat, eiusque interitu.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

CAP. XVIII.

CVM Antiochus Eupator veniret cū multitudi-
ne magna contra Iudæam, commi-
sit illis & Menelaus: & cum multa fallacia
deprecabatur Antiochum, non pro patria sa-
rare, sed sperans se constitui in principatum.
Sed rex regum suscitavit animos Antiochi in
peccatorem: & suggerente Lysia, hunc esse cau-
sam omnium malorum, iussit (vt eis est con-
suetudo) comprehensum in eodem loco ne-
cari. Erat autem in eodē loco turris quinquaginta
cubitum, aggestum vndique habens
cineris: hæc prospectum habebat in præcep-
tū. Inde in cinerem iussit deijci sacrilegum, omni-
bus eum propellentibus ad interitum. Et tali
lege præuicatore Legem contigit mori, nec
tunc dari Menelaum. Et quidem satis iuste.
Nam quia multa erga aram Dei delicta com-
misit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in
cineris morte damnatus est.

*Ex 2. Machabæorum cap. 14. & 15. De Nicanore, qui
iurabat se templū Domini Libero patri dedicaturū,
& Deum sabbati authorē spernebat, eiusq; interitum.*

CAP. XIX.

Nicanor cū venisset ad maximum & san-
ctissimum templum: & sacerdotibus soli-
tas hostias offerētib; iussit tradi sibi Iudam.
Quibus cum iuramento dicentibus, nescire se
vbi esset, extendens manum ad templum, iu-
rauit, dicens: Nisi mihi Iudam vincrum tradi-
deritis,

dicritis, istud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. Et his dictis abiit. Secretos autem protendentes manus in caelum inuocabant Deum, qui semper esset propugnator gentis ipsorum, hæc dicentes: Tu Domine universorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ in nobis fieri. Et ait Sancte sanctorum omnium Domine, conferas in æternum domum istam impollutam, quam nuper mundata est. (2. Mach. 15.) Nicanor autem ut comperit Iudam esse in locis Samarie, cogitavit, die sabbati cum omni impetu committere bellum. Iudæis verò qui illum per necessitatem sequebantur, dicentibus: Ne ita ferociter & barbarè feceris, sed honorem tribuere digneris sanctificationis, & honora eum qui visum conspicit. At ille infelix interrogavit, si esset potens in caelo, qui imperavit agi diem sabbatum. Et respondentibus illis: Est dominus potens ipse in caelo potens, qui iussit agi septimum diem. At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regni impleri. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat commune iudicium statuere de Iuda. Machabæus autem confidebat semper cum omni spe auxilium sibi a Deo affuturum: & hortabatur suos, ne formidarent ad aduentum nationum, &c. Nicanor autem & qui cum ipso erant, cum tubis & ca-

tibus admouebant. Iudas uero & qui cum eo
 erant, inuocato Deo, per orationes cōgressi sunt:
 manu quidem pugnantes, sed Dominum cor-
 dibus orantes, prostrauerunt non minus tri-
 ginta quinque millia: praesentia Dei magnificē
 delectati. Cumque cessassent, & cum gaudio
 reciderent, cognouerunt Nicanorem fuisse cum
 armis suis. Facto itaq; clamore & perturbatio-
 ne suscitata, patria uoce omnipotentem Do-
 minum benedicebant. Praecipit autem Iu-
 das, qui per omnia corpore & animo mori pro
 ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & ma-
 num cum humero abscissam, Ierosolymā per-
 ferri. Quo cum peruenisset, conuocatis con-
 tribulibus, & sacerdotibus ad altare, accessit
 & eos qui in arce erant. Et ostenso capite Ni-
 canoris, & manu nepharia, quam extenderat
 contra domū sanctam omnipotentis Dei, mag-
 nificē gloriatus est. Linguam etiam impij Ni-
 canoris praecisam iussit particulatim auihus
 dari: manum autem dementis contra templū
 suspendi. Omnes igitur celi benedixerunt Do-
 minum, dicentes: Benedictus qui locum suum
 incontaminatum seruauit. Suspendit autem
 Nicanoris caput in summa arce, ut euident
 esset, & manifestum signum auxilij Dei.

*Stephanus Callist. lib. xi. Ecclesiast. hist. cap. 18. Va-
 lens Imper. exsilij libello contra Basilium scripto,
 subscribere uolens, nullam ex arare potuit literā, ca-
 lens diuini cōfractō, & manu tremore cōcussa.*